

Sententia beati augustini de libro re-  
tractionum.

**L**ibros de trinitate que deus est  
quindecim scripsi per aliquot an-  
nos. sed cum eorum duodecimum  
nondum profecissem et eos diutius tene-  
rem quam possent sustinere qui vehementer  
habere cupiebant. subtracti sunt michi  
nimis emendati quam deberent ac possent  
quando eos edere voluisset. Quod post  
ea quam compli. quia et alia eorum apud nos  
exemplaria remanserunt. staturam eos  
iam ipse non edere. sed sic habere ut in  
alio aliquo opusculo meo quid michi  
de his euenerit dicerem. Vergetibus tamen  
fratribus quia resistere non valui. emen-  
daui eos quantum emendandos putavi  
et compleui et edidi. adiungens eis a ca-  
pite epistolam quam scripsi ad venerabi-  
lem aurelium episcopum cartaginensis ec-  
clesie. quo tanquam prologo exposui. et  
quid accidisset et quid facere mea cogi-  
tatione voluisset et quid fratrum carita-  
te compellente. fecissem. In quorum libro  
vndecimo cura de corpore visibili age-  
rem. dixi quo circa id amare alienari est  
quod secundum eum morem dictum est quo alii  
quid sic amatur. ut eo fruendo existimet  
beatum se esse qui hec amat. Nam non  
est alienari in laudem creatoris amare  
speciem corporalem. ut ipso creatore fru-  
ens quisque vere beatus sit. Itemque in eo-  
dem ubi dixi nec auem quadrupede me-  
mimi quia non vidi. sed fantasiam talem  
facilime intueor dum alicui forme vola-  
tili quales vidi. adiungo alios duos pe-  
des quales itidem vidi. hec dicens non  
potui recolere volatilia quadrupedia que  
lex commemorat. Neque enim computat in  
pedibus duo posteriora crura quibus lo-  
custe saluunt quas dicit mundas. et ideo  
discernit ab immundis talibus volatili-  
bus qui non saluunt illis cruribus sicut  
sunt carabei. Omnia quippe huiusmodi  
volatilia quadrupedia vocantur in lege.  
In duodecimo velut expositor verborum

apostoli ubi ait. Omne peccatum quod  
cumque fecerit homo extra corpus est. non  
michi satisfacit. nec sic puto intelligen-  
dum quod dictum est. Qui autem fornicat-  
ur in corpus proprium peccat. tanquam ille  
hec faciat qui propter adipiscenda ea que  
per corpus sequuntur. ut in his finem boni  
sui ponat. aliquid agit. Hoc enim longe  
plura peccata complectitur. quam illa for-  
nicatio que concubitu perpetratur illicito  
de qua locutum cum hoc diceret aposto-  
lum apparet.

Epistola augustini aurelij proponensis epi-  
scopi ad aurelium episcopum cartaginensis  
ecclesie.

**O**mnia beatissimo et sinceris-  
sima caritate venerabili fra-  
tri et confacerdoti pape au-  
relino augustino in domino sa-  
lutem. De trinitate que deus et sum-  
mus et verus est libros iuuenis inchoa-  
ui. senex edidi. dimiseram quippe hoc  
opus postea quam comperi preceptos mi-  
chi esse siue surreptos antequam eos absol-  
uerem et retractatos ut mea dispositio  
fuerat expolirem. Non enim sigillatim sed  
omnes simul edere ea ratione decreue-  
ram. qua precedentes consequentesque in-  
quisitione nequuntur. Cum ergo per eos  
homines qui priusquam vellem ad quosdam  
illosum pervenire potuerunt. dispositio mea  
nequisset impleri. interruptam dictatio-  
nem reliqueram. cogitans hoc ipsum in ali-  
quibus meis scriptis conqueri ut scirent  
qui possent non a me fuisse eosdem libros  
edictos. sed ablatos priusquam michi edi-  
tione mea digni viderentur. verum mul-  
torum fratrum vehementissima postula-  
tione. et maxime tua iussione compellus  
opus tam laboriosum. adiuvante domi-  
no terminare curavi. eosque emendatos  
non ut volui. sed ut potui. ne ab illis que  
surrepti iam in manus hominum exierant  
plurimum discreparer. venerationi tue per  
filium nostrum diaconum carissimum misi. Et  
cumque. audiendos. describendos. le-  
gendosque permisi. in quibus si servari

